

Mailand, Ambrosiana A 46 inf.

In seiner Studie über die Überlieferung Benedicts hat Emil Seckel in dem Oberkapitel »Exzerptmassen in Kanonessammlungen« auch die »Collectio Ambrosiana« untersucht¹. Die vielbehandelte, aus dem Benediktinerkloster San Dionigi in Mailand stammende
 5 Handschrift wird in das letzte Viertel oder Drittel des 9. Jahrhunderts datiert und ist im nordfranzösischen Raum, höchstwahrscheinlich in Reims, entstanden².

In der »Collectio duorum librorum«, die als ganze zumindest eine Incipit-Explicit-Edition verdienen würde³, ist neben anderen Quellenmassen⁴ auch Benedictus Levita rezipiert worden. Seckel hat die Benedictus-Stücke nach den Angaben Fourniers analysiert
 10 und dabei die Beziehungen zu dem heute nicht mehr existierenden Codex Metz, Bibl. mun. 236 erhellt⁵: Mailänder wie Metzger Handschrift gingen auf einen gemeinsamen Vorfahren, die Collectio X, zurück, diese Sammlung X sei wahrscheinlich »fränkischen Ursprungs« gewesen. Das hat sich bei einer gründlichen Untersuchung der Appendix der Dacheriana Mettensis bestätigt. Darüber hinaus ließ sich ermitteln, dass sie entschieden
 15 verbreiteter war als Seckel wusste, sie steht zudem in direktem Zusammenhang mit Materialien, die Hinkmar von Laon in seinem Kampf mit dem gleichnamigen Reimser Erzbischof zur Hand hatte⁶. Die Metzger und Mailänder Benedict-Stücke unterscheiden sich in ihrer Reihenfolge, wobei letzterem hinsichtlich der Anordnung »die größere Ursprünglichkeit« zukommen dürfte⁷.

20 Ich lasse jetzt die Stücke aus der Mailänder Sammlung folgen, wobei zuerst en bloc die Rubriken aus der Mailänder Handschrift und dann der Text der Kapitel handschriftgetreu geboten werden.

1) Benedictus Levita decurtatus et excerptus. Eine Studie zu den Handschriften der falschen Kapitularien. Festschrift für Heinrich Brunner zum fünfzigjährigen Doktorjubiläum am 8. April 1914 überreicht von der Juristenfakultät der Universität Berlin (1914) S. 414 f. 2) Von SECKEL, Benedictus S. 414 noch ins 10. Jh. zu spät datiert. Hubert MORDEK Kirchenrecht und Reform im Frankenreich (Beiträge zur Geschichte und Quellenkunde des Mittelalters 1, 1975) S. 130 mit Anm. 144: Dort findet sich neben weiterer Literatur das bei Wilhelm Alfred ECKHARDT, Die Decretio Childeberti und ihre Überlieferung, in: ZRG Germ. Abt. 84 (1967) S. 15 wiedergegebene Urteil von Bernhard Bischoff: »Teils 4. Viertel 9. Jh., teils Wende 9./10. Jh., etwa Reims«. – MORDEK, Bibliotheca capitularium regum Francorum manuscripta. Überlieferung und Traditionszusammenhang der fränkischen Herrschererlasse (Monumenta Germaniae Historica Hilfsmittel 15, 1995) S. 233–240 mit der bislang einzigen detaillierten Beschreibung des Inhalts. Dort ist die Handschrift S. 233 »9. Jh., Ende; Reims« datiert. Bernhard BISCHOFF, Katalog der festländischen Handschriften des neunten Jahrhunderts (mit Ausnahme der wisigotischen) II: Laon-Paderborn (aus dem Nachlass hg. von Birgit EBERSPERGER, 2004) S. 149 Nr. 1595: »Reims, IX. Jh. 3. Drittel«. 3) Die Beschreibung von Paul FOURNIER, Un groupe de recueils canoniques inédits du Xe siècle (Troyes, 1406; Bibliothèque Nationale, Latin 2449; Ambrosienne, A, 46, inf.), in: Annales de l'Université de Grenoble 11 (1899) S. 345–402, hier S. 373 ff. ist hierfür kein adäquater Ersatz. 4) Zum recht beträchtlichen Cresconius-Anteil vgl. Klaus ZECHIEL-ECKES, Die Concordia canonum des Cresconius I (Freiburger Beiträge zur mittelalterlichen Geschichte 5, 1992) S. 242–244, dort auch die übrigen Quellen. 5) SECKEL, Benedictus S. 415 ff. 6) Gerhard SCHMITZ, Die Appendix Dacheriana Mettensis, Benedictus Levita und Hinkmar von Laon, in: ZRG Kan. Abt. 92 (2006) S. 147–206. Dort ist die Appendix unter Berücksichtigung auch der Mailänder Handschrift ediert. 7) Vgl. SECKEL, Benedictus S. 417.

[fol. 11v]

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI. ...

[fol. 12v]

LXVI. De spoliatis, ut antea suis fruatur rebus, quam respondeat.

LXVII. Ubi orta sunt negotia, ibi esse finienda. 5

LXVIII. Romanę ecclesie reverentia custodiatur.

LXX. Quis sit vigor sacerdotalis.

LXXI. Honor debitus sacerdotibus custodiatur.

LXXII. Quae eximiae personae: sacerdotalis et regalis.

LXXIII. Episcopi a deo iudicandi sunt. 10

LXXIII. Nemo debet sacerdotes detrahare.

[fol. 13r]

LXXIII. (*so!*) Omnis lis ecclesiastica ab episcopis et a reliquis sacerdotibus finiatur.

LXXVI. Quam humiliter et religiose Constantinus imperator loquitur. 15

[fol. 14r]

CLVIII. Ex capitularibus domni Karoli et Luduvvici imperatorum.

CLX. De rebus ecclesiasticis.

CLXI. Item de eisdem.

CLXII. Item ex privilegiis episcoporum diversa capitula de rebus ecclesiasticis.

[fol. 52v]

C[̄]P LXVI. ITEM DE PRIVILEGIIS EPISCOPORUM IN EISDEM. UT EPI- 20
SCOPUS ELECTUS VEL SUIS CARENS REBUS ANTE PLENAM RESTITUTI-
ONEM NON ACCUSETUR NEC ILLE, QUI SUIS LIBERE ET INTEGERRIME
FRUENS BONIS ANTEQUAM FAMILIARITER CONVENIATUR NEQUE RE-
SPONDERE COMPELLATUR, NISI CANONICE VENERIT VOCATUS.

Canonica⁸ testante tuba didicimus, quod episcopus eiectus vel suis rebus expoliatus 25
nequaquam debet accusari vel iudicari, antequam legaliter et pleniter restituatur. Si quis
vero libere suis ecclesiaeque sibi commissę et integerrime⁹ fruens rebus ac honoribus super
certis accusatur criminibus, quia ante non licet quam accusatoribus familiariter, ut emen-
dare debeat, super quibus res agitur, admonitus fuerit. Si inter se minime ante pacaverint,
canonice ad synodum convocentur, ut ab omnibus, qui hęc praetermiserint ex utraque 30
parte publice arguantur et corrigantur, qui familiariter se et secreta corrigere noluerunt.
Quod si sponte aut [fol. 53r] aliqua necessitate compulsus aut in fratrum conventu aut in
quolibet loco non canonice vocatus nec olim familiariter commonitus venerit, a nullo
compellatur, antequam haec fiant, ut respondeat; sed prius, ut praelibatum est, familia-
riter conveniatur, ut de se et de suis ea sanet, unde querimonia agitur. De in tempore in 35
Nicensis canonibus praefixo, ut canonice respondeat ad synodalem convocetur conventum.
Et ut episcopum apud¹⁰ iudices publicos nemo audeat accusare, sed aut apud primates
diocesarum aut apud sedem apostolicam nec aliorum nisi suorum aut certe electorum
iudicum sententia impetatur vel teneatur sane, si circa haec secus actum fuerit, viribus
carere in omnibus haud dubium est. 40

8) *Ben. Lev. 3, 153. App. Mett. c. (38), SCHMITZ, S. 194 f. (mit weiterer Überlieferung).* 9) *Glosse am Rand: Quid ille, qui libere utitur suis.* 10) *Glosse am Rand: Suorum aut electorum iudicum sententia teneatur*

C[̄]p̄ LXVII. ITEM EX CAPITULARIBUS EX CANONICA AUCTORITATE PROMULGATIS.

Canones¹¹ Africanę provincie vel etiam decreta Nicena inferioris gradus¹² clericos sive episcopos metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim iustissimeque
5 definierunt, ut quaecumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda sint; maxime quia unicuique concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suae provincie vel etiam universale provocare.

C[̄]P̄ LXVIII. ITEM EX EISDEM.

Si¹³ quae causae vel contentiones inter clericos et laicos vel inter clericos tam maioris
10 ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortę, placuit, ut¹⁴ secundum synodum Nicenam congregatis omnibus eiusdem provincie episcopis iurgium terminetur. Nec cui liceat sine praeiudicio tamen Romanę ecclesie, cui in omnibus causis debetur reverentia custodiri, relictis his sacerdotibus, qui in eadem provincia dei ecclesiam nutu divino gubernant, ad alias convolare provincias vel aliorum comprovincialium episcoporum iudicium expeti,
15 nisi suspecti fuerint. Quod si quis praesumpserit, et ab officio clerici depositus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur.

C[̄]P̄ LXVIII. ITEM IN EISEM.

Si¹⁵ quis episcopus a quoquam impetitur vel ille, ad quem questionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur¹⁶ sive quos eis primates dederint, sive quos ipsi vicinos ex
20 consensu delegerint.

C[̄]P̄ LXX. ITEM EX EISDEM CAPITULARIBUS.

Pręcipimus¹⁷ atque iubemus ne forte, quod absit, aliquis circa eos leviter aut graviter agat, quod ad periculum totius imperii nostri pertinet. [fol. 53v] Ut omnes cognoscant nomen, potestatem, vigorem, et dignitatem sacerdotalem¹⁸. Quod ex verbis domini facile
25 intelligi potest, quibus beato Petro dicitur, cuius vicem episcopi gerunt: Ut quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celo. Et alibi discipulis generaliter dicit: Accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt. Illud etiam ad exemplum reducendum est quod in ecclesiastica hystoria Constantinus imperator episcopis ait: Deus, inquit, constituit vos sacerdotes, et potestatem
30 vobis dedit de nobis quoque iudicandi. Et ideo nos a vobis recte iudicamur. Vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod dei solius inter vos expectate iudicium, ut vestra iurgia, quaecumque sint, ad illud divinum reserventur examen. Vos etenim nobis a deo dati estis dii. Et conveniens non est, ut homo iudicet deos, sed ille solus de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga deorum. In medio autem deos discernit.
35 Sed et hoc illis ad memoriam reducendum est, qualiter beatus Prosper in libro quem

11) *Ben. Lev. 3, 102, App. Mett. c. (39) S. 195 f.*

12) *Glosse am Rand: Ubi orta sunt negotia, ibi esse*

finienda. 13) *Ben. Lev. 3, 109, App. Mett. c. (40) S. 196.*

14) *Glosse am Rand: Item de eadem re*

et quod romane ecclesie reverentia custodiatur.

15) *Ben. Lev. 3, 178 (oder 3, 171, wegen der*

Reihenfolge aber wohl nicht 2, 309; allesamt wortgleich, vgl. aber SECKEL S. 414 f.), App. Mett. c. (41) S. 196.

16) *Glosse am Rand: Ut per episcopos iudices causa episcopi finiatur.*

17) *Ben. Lev. 1,*

315, App. Mett. c. (42) S. 196 f.

18) *Glosse am Rand: Quis sit vigor sacerdotalis.*

de contemplativa vita et actuali scripsit, laudem sacerdotum comprehenderit. Ipsis enim, inquit, id est, sacerdotibus, propria animarum curandarum sollicitudo commissa est; qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes, pro peccatis hominum, vel pro suis, infatigabiliter supplicando; ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis et humiliati spiritus offerentes, quo placatus deus, avertunt iram futurę animadversionis a populo; qui per dei gratiam fiunt divine voluntatis iudices, ecclesiarum Christi post apostolos fundatores, fidelis populi duces, veritatis assertores, pravę doctrine hostes, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, prædicatores cęlestium præmiorum, exempla bonorum, documenta virtutum, et forma fidelium. Ipsi sunt duces ecclesię, in quibus fulget ecclesia. Ipsi columnę firmissimę, quibus in Christo fundatis innitur omnis multitudo credentium. Ipsi ianua civitatis aeternę; per quos omnes qui credunt, ingrediuntur ad Christum. Ipsi ianitores, quibus claves datę sunt regni cęlorum. Ipsi etiam dispensatores regię domus, quorum arbitrio in aula regis aeterni dividuntur gradus ad officia singulorum.

CĀ LXXI. ITEM.

Igitur¹⁹ quia constat religionem christianam per successores apostolorum salubriter administrari, populisque ad vitam [fol. 54r] aeternam ducatum exhiberi debere, primo necessarium iudicamus omnibus præcipere, ut honorem debitum venerabiliter episcopis absque ulla simulatione²⁰ aut detractioe inpendant, eisque in omnibus ut patribus obediunt, et quicquid pro salute animarum monuerint, prout melius potuerint, adimplere satagant; sicut dei et nostram habere voluerint gratiam. Nam dominus ait: Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit. Et iterum: Si te non audierit, dic ecclesiae. Et si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Et alibi: Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis, id est, meis discipulis vel apostolis, quorum locum episcopi in ecclesia tenent, melius est illi ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris, quam scandalizet unum de istis minimis. Haec omnia fidelibus admodum perpendenda sunt, ne in hoc, quod absit, incidant scandalum; sed magis obediendo, non filii perditionis, sed filii dei efficiantur; et non cum stultis poenam, sed cum iustis præmia percipiant sempiterna. Nam episcopos et sacerdotes, quibus²¹ omnis terra caput inclinat, per quos et nostrum pollet imperium, admodum honorari et venerari omnes monemus, nec eos accusari aut blasphemari vel detrahi a quoquam volumus: quia detractio sacerdotum ad Christum pertinet, cuius vice legatione funguntur in ecclesia. Nam qui detrahit alium hominem, sicut homicida deputabitur. Quid erit de illis qui sacerdotibus detrahunt: quoniam et ipsi ipsos occidunt, et odientes interimunt²². Dupla enim poena digni sunt qui duplant scelera sua. Qui his sanctis monitis fuerint rebelles vel inoboedientes, sciant se a liminibus sanctae ecclesiae fore alienos.

19) *Ben. Lev. 1, 322, App. Mett. c. (43), S. 198.*

20) *Glosse am Rand: Ut honor debitus sacerdotibus exhibeatur.*

21) *Glosse am Rand: Sacerdotibus omnis terra caput inclinat.*

22) *Besitzvermerk von späterer Hd. am Rand: Est mōn sancti Dionisii mediolan ecl.*

C̄P LXXII. ITEM.

Principaliter²³ itaque totius sanctae dei ecclesiae corpus in duas eximias personas²⁴, in sacerdotalem videlicet et regalem, sicut a sanctis patribus traditum accepimus, divisum esse novimus. De qua re Gelasius Romanę sedis venerabilis episcopus ad Anastasium imperatorem ita scribit: Duae sunt quippe, inquit, imperator auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra pontificum, et regalis potestas; in quibus tanto gravius pondus est sacerdotum quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Fulgentius quoque in libro de veritate praedestinationis [fol. 54v] et gratiae ita scribit: Quantum pertinet, inquit, ad huius temporis vitam, in ecclesia nemo pontifice potior, et in saeculo christiano imperatore nemo celsior invenitur.

C̄P LXXIII. ITEM.

Episcopi²⁵ a deo iudicandi sunt, non ab humanis aut pravę vitę hominibus lacerandi, ipso domino exemplum²⁶ dante, quando per se ipsum, et non per alios vendentes et ementes eiecit de templo et mensas nummulariorum proprio evertit flagello et eiecit de templo. Et sicut alibi ait: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit.

C̄P LXXIII. ITEM.

Quod²⁷ omnibus fidelibus omnibusque ordinibus summopere cavendum sit, ne clandestino aut publice unctos domini detractionibus et vituperationibus dilanient, perpendentes²⁸ illud exemplum Marię, quae eo quod Moysi famulo domini propter Ethiopissam detraxit, inmunditia leprę multata sit. Et illud psalmistę: Nolite tangere Christos meos, et in prophetis meis nolite malignari. Et dominus per Moysen ait: Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices. Et si David rex iustissimus in Saul, quem constabat iam a domino reprobatum et eiectum, manum mittere non pręsumpsit, multo magis cavendum est, ne manum detractionis aut vituperationis quidam mittant in unctum domini vel in praedicatores sanctae ecclesiae.

C̄P LXXV. ITEM EX CAPITULARIBUS EISDEM.

Volumus²⁹ atque praecipimus, ut omnes ditioni nostrae auxiliante deo subiecti tam Romani, quam Franci, Alamanni, Baiarii, Saxones, Toringii, Fresones, Galli, Burgundiones, Brittones, Longobardi, Uascones, Beneventani, Gothi, Hispani ceterique nobis subiecti omnes, licet quocumque videantur legis vinculo constricti vel consuetudinario more conexi, hanc sententiam, quam et sexto decimo Teodosii imperatoris libro capitulo videlicet undecimo ad interrogata Ablavii ducis illi et omnibus pręscriptam remisimus et inter nostra capitula pro lege tenenda consultu omnium fidelium nostrorum tam clericorum quam et laicorum posuimus lege cuncti perpetua teneant, id est: Quicumque litem habens sive petitor fuerit vel in initio litis vel decursis temporum curriculum, sive cum negotium peroratur, sive cum iam ceperit promi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctae legis antistitis, ilico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad episcopo-

23) *Ben. Lev. 1, 319, App. Mett. c. (44) S. 199.*24) *Glosse am Rand: Duae eximię personę:*

sacerdotalis et regalis.

25) *Ben. Lev. 3, 441, App. Mett. c. (51), S. 203.*26) *Glosse am Rand:*

Episcopi a deo iudicandi sunt.

27) *Ben Lev. 2, 402, App. Met. c. (52) S. 203 f.*28) *Glosse am**Rand: Quod nemo debet, sacerdotes detrahere.*29) *Ben. Lev. 2, 366, App. Mett. c. (45) S. 199 f.*

rum iudicium cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim quae in iudicio copiose praescriptionis vincula promi non patiuntur, investigat et [fol. 55r] promit sacrosanctae religionis auctoritas. Omnes³⁰ itaque cause, quae pretorio iure vel civili tractantur, episcoporum sententiis terminatę perpetuo stabilitatis iure firmentur; nec liceat ulterius tractari negotium, quod episcoporum sententiis deciderit. Testimonium etiam ab uno licet episcopo perhibitum omnes iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur cum testimonium episcopi, a qualibet parte fuerit repromissum. Illud enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a sacrosancto homine conscientia mentis inlibata protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetua lege firmamus malitiosa litium semina comprimentes, ut miseri homines longis ac pene perpetuis sanctionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus vel cupiditate prepropere maturo fine discedant. Quicquid itaque de sententiis episcoporum clementia nostra censuerat, etiam et nos hac sumus lege complexi, gravitatem tuam et ceteros pro utilitate omnium inperpetuum observare conveniat.

LXXVI. ITEM IN EISDEM CAPITULARIBUS.

Constantinus³¹ imperator de accusationibus episcoporum ait: Haec quidem accusationes tempus habebunt proprium, id est diem magni iudicii, iudicem vero, qui tunc futurus est, omnibus manifestum est. Mihi ergo homini constituto de huiusmodi rebus non licet habere auditorium, sacerdotum scilicet accusantium et simul accusatorum, quos minime convenit tales debere monstrare, qui iudicentur ab aliis. Imperator quoque Valentinianus de episcoporum causis ait: Supra nos, inquit, est vestrum negotium. Et ideo vos de vestris inter vos agite causis, quia supra nos estis. Et reliqua.

Maxime³² trium ultimorum capitula istorum librorum apostolica sunt auctoritate roborata, quia his cudendis maxime apostolica interfuit legatio. Nam eorum nomina praeter trium, id est Leonis, Sergii et Georgii, hic non inseruimus, licet ea per singulos conventus inserta invenissemus, vitantes legentium atque scribentium fastidia. Si quis autem plenius ea nosse voluerit, istorum legat autentica, quibus illa inserta repperiat. Interdum haec discendo et amando atque operibus complendo non neglegat. Quia dominus novit, pro amore et utilitate sanctae dei ecclesiae, ut horum in proemio prelibatum est, sunt collecta isticque inserta. Legentibus pax, custodientibus gloria, operibusque haec complementibus vita tribuatur aeterna oramus. [fol. 74r]

C̄P̄ CLVIII. EX CAPITULARIBUS GLORIOSISSIMORUM IMPERATORUM DOMNI KAROLI ET DOMNI HLUDUVVICI. DE RERUM ECCLESiarUM PERVASIONE AC DEFRAUDATIONE.

Omnibus³³ sciendum est, quod sacrilegi fures sunt cuncti, qui res ecclesiae diripiunt, vastant, invaduntque vexantque ac a iure ecclesiarum, quibus tradite fuerant, iniuste alienant. Unde et beatissimus Augustinus in omelia quadragesima octava evangelii Iohan-

30) *Glosse am Rand*: Ut omnis lis ecclesiastica ab episcopis et a reliquis sacerdotibus finiatur.

31) *Ben. Lev. 2, 403, App. Mett. c. (49) S. 202.* 32) *Ben. Lev. 3, 478, App. Mett. c. (50) S. 202 f., hier wie dort ohne Zählung, Inskription oder Rubrik direkt im Anschluss an das vorhergehende Kapitel überliefert.* 33) *Ben. Lev. 2, 404, App. Mett. c. (18) S. 178 f., zur Inskription ebd. S. 177 (zu c. [14]).*

nis ita dicit: Ecce inter sanctos est Iudas. Ecce fur est Iudas. Et ne contempnas, fur sacrilegus, non qualiscumque fur; fur loculorum, sed dominicorum; loculorum, sed sacrorum. Si discernuntur crimina in foro, qualiscumque et peculatus, – peculatus enim dicitur furtum de re publica. Et non sic iudicatur furtum rei privatę quomodo publicę –
 5 quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur, non undecumque tollere, sed de ecclesia tollere? Qui aliquid de ecclesia aufert, furatur, Iudae perditio comparatur. Nota quod aliquid de ecclesia tollere furtum esse beatus Augustinus asseverat et patratorem tanti furti furem sacrilegum appellet [fol. 74v] necnon et Iudae perditio aequiperet. Et post pauca: Quare, inquit, loculos habuit, cui angeli ministraverunt, nisi quia ecclesia ipsius loculos
 10 suos habitura erat? Ecce quibus tanti doctoris documentis instruimur, quia quod in capite praecessit, in corpore eius, quod est ecclesia, videtur impletum. Porro Christum et ecclesiam unam personam esse non nescimus. Et ideo quae ecclesiae, Christi sunt; et quae ecclesiae offeruntur, Christo offeruntur; et quae ab ecclesia eius tolluntur, procul dubio Christo tolluntur. Esto, futurum erat, ut ecclesia Christi nummos haberet. Si nummos,
 15 utique et predia et mancipia et diversarum specierum immo munera ornamenta. Et quia illicitum sit ea, quae conferuntur ecclesiae auferri beati Hieronimi scribentis in expositione Mathei evangelistae verba ita testantur. Omnis, inquit, qui stipe templi et his, quae conferuntur, in usus ecclesiae abutuntur in aliis rebus, quibus suam expleant voluntatem, similes sunt scribarum et sacerdotum redimentium mandatum et sanguinem salvatoris.

20 CĀ CLX. ITEM EX EISDEM.

Nulli³⁴ liceat ignorare, quod omne, quod domino consecratur, sive homo fuerit sive animal sive ager vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit domino, et ad ius pertinet sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui a domino et ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, invadit, diripit, usque ad emendationem ecclesiaeque satisfactionem, quod sit sacrilegus et non tantum sacrilegus, sed etiam fur sacrilegus.

CĀ CLXI. ITEM EX EISDEM.

Omnia³⁵ quae deo offeruntur, procul dubio et consecrantur. Et non solum sacrificia, dicuntur, sed quicquid a fidelibus offeruntur, sive in mancipiis, sive in agris, vineis, silvis, pratis, aquis, aquarumve decursibus, artificiiis, libris, utensilibus, petris, aedificiis, vestimentis, pellibus, lanificiis, pecoribus, pascuis, membranis, mobilibus et immobilibus vel
 30 quicumque de his rebus, quae ad laudem dei fiunt vel supplementum sanctae dei ecclesiae eiusque sacerdotibus atque ornatum prestare possunt, domino ecclesiaeque sive a quibuscumque ultro offeruntur, domino indubitanter consecrantur, et ad ius pertinent sacerdotum. Et quia Christum et ecclesiam unam personam esse veraciter agnoscimus, quaecumque ecclesiae sunt, Christi sunt; et quae ecclesiae vel in supradictis vel in quibuscumque [fol. 75r] speciebus sive pollicitationibus sive pigneribus sive scriptis sive cor|Zeilenende|corporalibus rebus offeruntur, Christo offeruntur; et quę ab ecclesia eius quocumque commento vel tolluntur, sive alienando sive vastando sive invadendo sive minorando sive diripiendo, Christo tolluntur. Et si ab amico quippiam rapere furtum est, praecipue
 40 Christo domino nostro, qui est rex regum et dominus dominantium, aliquid auferre vel alienare vel subripere vel vastare sacrilegium est. Omnes namque ecclesiae praedones

34) *Ben. Lev. 2, 405, App. Mett. c. (19) S. 179.*

35) *Ben. Lev. 2, 407, App. Mett. c. (20) S. 180f.*

manifestissime sunt sacrilegi; et nullus sacrilegus nisi per puram probatamque atque publicam poenitentiam et per ecclesiae satisfactionem, episcoporumque per manus impositionem, iuxta canonicas sanctiones reconciliationum, regnum dei possidebit, et non solum regno dei fit alienus, sed etiam a liminibus sanctae ecclesiae et precipue ab illius, quam lesit, usque ad predictam satisfactionem extorris efficitur. Talium vero scelerum patratō-
ribus, nisi post praedictam satisfactionem, nec vivis nec mortuis communicare debemus: quia qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur; qui autem pecuniam ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit. Quod non solum sacrilegi, sed etiam fures sacrilegi et lupi atque homicidae pauperumque necatores sunt, et insuper anathematis vinculo dampnati coram deo et sanctis eius efficiuntur.

CP̄ CLXII. ITEM EX EISDEM. DE PRIVILEGIIS EPISCOPORUM.

Quaecumque³⁶ a singulis regibus circa sacrosanctas³⁷ ecclesias sunt constituta, vel singuli quique antistites pro singulis utilitatibus ecclesiasticis impetrarunt, sub poena sacrilegii iugi et solida aeternitate servantur. Clerici³⁸ etiam non saecularibus iudiciis, sed episcopali audientiae reserventur. Fas enim non est, ut divini subdantur arbitrio saeculari.

ITEM EX EISDEM.

Ut³⁹ privilegia, quae ecclesiis et clericis a singulis regibus vel episcopis ceterisque rectoribus sunt concessa, semper maneant incorrupta.

ITEM EX EISDEM.

Si⁴⁰ quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias earumque res inruens sacerdotibus et ministris vel ipsi cultui locoque aliquid, quae non oportet, iniuriae inferat, divini cultus iniuria convictus sive confessus reus⁴¹ capitali sententia noverit vindicandum; nec expectetur, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui sanctitas ignoscendi soli gloriam dere[fol. 75v]linquit; sitque cunctis non solum liberum, sed etiam laudabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti publicum crimen persequi ac debitas reus ultiones mereri.

ITEM EX EISDEM.

Synodali⁴² decreto sancitum est, ne layci vel saeculares de viris deo dicatis ecclesiaeque⁴³ facultatibus aliquid ad se putent vel praesumant preter reverentiam episcopi pertinere, quorum quarumque sacerdotibus disponendi indiscusse a deo cura commissa docetur. Si quis contra haec venire praesumpserit, anathemate feriatur.

36) *Ben. Lev. 2, 111, App. Mett. c. (30) S. 192, dort statt ITEM EX EISDEM* *inskribiert* ITEM EX EISDEM CAPITULARIBUS GLORIOSISSIMORUM IMPERATORUM. 37) *Glosse am Rand:*

Quae singuli antistites a singulis regibus impetraverunt. 38) *Glosse am Rand:* Clerici non saecularibus iudiciis. 39) *Ben. Lev. 2, 112, App. Mett. c. (31) S. 192, hier wie dort ohne eigene Zählung, nicht in der Kapitulation.*

40) *Ben. Lev. 2, 115, App. Mett. c. (32), hier wie dort ohne eigene Zählung, nicht in der Kapitulation.* 41) *Glosse am Rand:* Facta iniuria in ecclesiam. 42) *Ben. Lev. 3, 207, App. Mett. c. (33) S. 193, hier wie dort ohne eigene Zählung, nicht in der Kapitulation.*

43) *Glosse am Rand:* Nihil de ecclesiasticis rebus saeculares.

ITEM EX EISDEM.

De⁴⁴ viris deo dicatis vel ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi nulla legitur laicis quamvis religiosis umquam attributa facultas.

ITEM IN EISDEM EX LIBRO PRIMO.

5 Ut⁴⁵ episcopi potestatem habent res ecclesiasticas praevidere, regere et gubernare atque dispensare secundum canonicam auctoritatem. Volumus ut et⁴⁶ laici in eorum ministerio oboediant episcopis ad regendas ecclesias dei, et Nicholaus papa ad locum »ita⁴⁷, ut secundum sacrorum canonum sanctionem in potestate episcopi res omnes ecclesiae consistant, et ille secundum timorem dei, quibus voluerit, et quomodo voluerit, 10 illas dispenset.« Et in suprascripto libro ex canonica auctoritate assumptum ita istud invenitur capitulum: »Si⁴⁸ quis oblata dederit vel acceperit preter episcoporum vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus et qui dat et qui accipit, anathema sit«.

ITEM IN EISDEM.

15 Ut⁴⁹ nullus episcoporum aut cuiuslibet ordinis clericus vel alia quaecumque persona quibuslibet conditionibus seu in uno regno seu in alio positas alterius⁵⁰ cuiuscumque ecclesiae res aut appetat aut praesumat accipere. Quod si fecerit, tamdiu habeatur a communione ecclesiae vel ab omnium fratrum ac filiorum suspensus caritate donec ipse ecclesiae, cuius directo ordine iuris est ablata restituat.

ITEM EX EISDEM.

20 Si⁵¹ quis cuiuscumque munuscula ecclesiae sanctis scripturarum titulis⁵² conlata nefaria calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, retentaverit atque subreperit et non statim a sacerdote commonitus deo conlata reddiderit, ab ecclesiae catholicae communione pellatur.

44) Ben. Lev. 3, 199, App. Mett. c. (34) S. 193, hier wie dort ohne eigene Zählung, nicht in der Kapitulation.

45) Ein aus drei Teilen zusammen gesetztes Kapitel. Der erste Teil besteht aus Ben. Lev. 1, 182, gefolgt von einem Nikolaus-Zitat und Ben. Lev. 1, 24, als ganzes auch tradiert App. Mett. c. (35a-c) S. 193 f, hier wie dort ohne eigene Zählung, nicht in der Kapitulation. Siehe auch die folgenden Anmerkungen.

46) Glosse am Rand: Preter consensum episcopi qui dat et qui accipit, anathema sit. 47) Nikolaus I., Ep. 69, Epp. 6, ed. PERELS S. 388, 23–25; siehe auch SECKEL S. 413 und Epp. 6 S. 388 Anm. 7.

48) Ben. Lev. 1, 24. 49) Ben. Lev. 2, 135, App. Mett. c. (14) S. 177 mit der Inschrift EX CAPITULARIBUS

GLORIOSISSIMIS IMPERATORUM DOMNI KAROLI ET DOMNI HLUDOUUICI LIBRO II. In beiden Fällen ungezählt und nicht in der Kapitulation. 50) Glosse am Rand: Episcopi excommunicantur pro rebus alterius ecclesie.

51) Ben. Lev. 2, 134, App. Mett. c. (15) S. 177, hier wie dort ohne eigene Zählung, nicht in der Kapitulation. 52) Glosse am Rand: Etiam pro munuscula excommunicantur.

ITEM IN EISDEM.

Nec⁵³ ulli liceat res vel facultates ecclesiis aut monasteriis vel xenodochiis pro quacumque elemosina cum iustitia delegatas retentare, alienare atque [fol. 76r] subtrahere⁵⁴. Quod si quis fecerit, tamquam necator pauperum, antiquorum canonum constrictus, ab ecclesiae liminibus excludatur, quamdiu ab ipso, quae sunt ablata aut retenta, reddantur. 5

53) *Ben. Lev. 2, 136, App. Mett. c. (37) S. 194, hier wie dort ohne eigene Zählung, nicht in der Kapitulation.*

54) *Glosse am Rand: Donec reddat qui tulit excommunicetur.*

GERHARD SCHMITZ